UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 34. Theodosius Bellum parat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66032

Visual Library

Sæculum IV. A. C. 392.

n. 78. n. 80. edixerit, ſicut hodieque obſervari ſolet; promittit autem ſe tota ſua vita hoc Sacrificium pro duobus fratribus Gratiano, & Valentiniano oblaturum. (*)

§. XXXIV.

Theodoſius bellum parat.

Zoſ. lib. 4. p. 776. Ruff. II. c. 31. Ad Theodoſium, Valentiniani nece jam comperta, ab Eugenio Legati adveniunt, pacem offerentes, ſi eum Collegam in Imperio vellet accipere; de Ar-

bogaſto

(*) Hier iſt eine Anmerkung unſers ungegannen Ueberſetzers, da er alſo anhebt. p. 571. im 3. Theile. Was *Ambroſius* bey dieſer Gelegenheit vom Aufſchub der Taufe des jüngern *Valentiniani* geſprochen, iſt mehr für ein oratoriſches Palliativ als eine Entſcheidung eines Biſchofs und Gottesgelehrten anzuſehen; und kann mit der Gewohnheit der erſten Chriſtlichen Kirche nicht gerechtfertiget werden ..... Verſchont mich jetzo noch mit der Taufe .... ich bin noch jung .... ich will mich erſt im Roth der Lüſte herum welzen ꝛc. ſo lautete die Sprache dieſer Leute, wie ſie *Baſilius Homil.* 13. angeführet. ꝛc. Nun ob ſchon einige aus böſer Abſicht ihre Taufe verſchoben, ſo ſchicket ſich doch dieſe Erinnerung auf den Valentinianus II. nicht, und zeuget von der ſchlechten Einſicht unſers Ueberſetzers, wie auch von ſeiner unverſchämten Frechheit den Heil. Ambroſius ohne allen Grund der Wahrheit zu kritiſiren. Er würde

Sæculum IV. A. C. 392.

bogaſto nulla mentio, nec quidquam litterarum ab eo allatum, ſolummodo quidam Epiſcopi, qui cum legatis advenerant, teſtabantur, Arbogaſtum a morte Valentiniani eſſe innocentiſſimum. Theodoſius Eugenii Legatos aliquamdiu in aula detentos cum donis, & bonis verbis dimiſit; quibus ad Eugenium redeuntibus, bellum adornavit, nec enim honeſtum, nec tutum videbatur, cum proditoribus tranſigere, illud vero turpiſſimum fore, ſi Principis juvenis, & affinis necem inultam relinqueret. Dum bellum ſtrenue parat, quæ Religionis erant, non omiſit;

---

de vernünftiger gehandelt haben, wenn er in einer Anmerkung auf dieſe Stelle: Oblationes noſtras agamus pro hac Dilecta Anima, welche klar erweiſet, daß man in der alten Kirche für die Abgeſtorbenen gebetet, einige wenigſtens erträgliche Antwort zu geben ſich bemühet hätte; aber das läſſet er wohl bleiben, und dafür verfälſcht er den Fleury, und den Heil. Ambroſius, da er die Worte: ante Celebrationem S. Sacrificii, giebt: **vor der Austheilung des H. Abendmahls.** Und: ſe tota ſua vita hoc Sacrificium pro duobus Fratribus Gratiano, & Valentiniano oblaturum. Daß er die ganze Zeit ſeines Lebens dieſer beyden Brüder ... **in ſeinem Gebett zu GOtt gedenken wolle.** Sacrificium offerre iſt bey ihm nichts als beten. Was er nicht zum Vortheil ſeiner Religion widerlegen kann, verfälſchet er. GOtt erbarme ſich über einen ſo elenden Kritiker des Heil. Ambroſius!

Sæculum IV. A. C. 392.

ſit; ſed Eutropium Evnuchum, exploratæ fidei hominem, ad celeberrimum Anachoretam S. Joannem Ægyptiacum delegavit, cum mandato, ut virum, ſi id impetrare poſſet, adduceret, ſin minus, de belli inſtantis fortuna conſuleret, & interrogaret, an Theodoſio in Eugenium movendum eſſet, an vero exſpectandum, donec armatus ad ſe veniret? etenim tam bene verterat Imperatori, hunc Sanctum virum de bello, Maximo inferendo, conſuluiſſe, ut in eum pleniſſimam poſuerit fiduciam.

Sup. n. 12.

Ex quo in Orientem reverſus fuerat, eo, ſicut ab initio Imperii ſui, animum intenderat, ut ereptas Eccleſias Catholicis reſtitueret, nec pœnas de præteritis rigide exigebat, ſatis feciſſe ratus, ſi ea, quæ Prædicationi veritatis obſtabant, ſuſtuliſſet. Facillime ad eum aditus Epiſcopis patebat, cum iis familiariter agebat, needum rogatus, quæ rogaturi erant, concedebat, ad ædificandas, oxornandasque Eccleſias neceſſaria liberaliſſime conferebat.

Ruff. II. c. 19. *Socr. V. c.* 20.

Ne vero quis amore, quo in Religionem ferebatur, abuteretur, hoc anno 392. 7ma Martii legem edidit, ne quis Judex excuſationem afferat, reum e manibus ſuis a Clericis ereptum; & iterum aliam decima octava Octobr. qua præcipiebatur, ut illi, qui ad Eccleſias confugerent, ne debita ſolvere cogerentur, inde extrahantur,

Lib. 1. *Cod. Theod. de his, qui ad Eccl. confug. L.* 15. *Cod. Th. de pœnis.*

Sæculum IV. A. C. 392.

hantur, niſi forte Epiſcopi talis hominis debita ſolvere in ſe recipiant. Hoc S. Auguſtinus, Epiſcopatu ſuſcepto, in uſum deduxit. Octavo Nov. ejusdem anni 392. Legem tulit contra Paganos, qua omnibus prohibetur, in quocunque loco exiſtant, victimas Idolis immolare, vinum, vel thus Diis Penatibus, vel Geniis offerre, lucernas accendere, aut eorum honoribus ſerta florida ſuſpendere. Qui animalia immolaverit, aut eorum exta inſpexerit, eadem pœna, ac rei læſæ Majeſtatis ſolent, punietur. Si thus Idolis fuerit oblatum, aut vittis arbores ornatæ, aut aræ in ceſpite erectæ, domus vel prœdium, in quo hæc ſuperſtitio admiſſa, fiſco adſcribatur. Si quis in templis publicis, aut in fundo alieno ſacrificaverit, viginti quinque libras auri in pœnam ſolvet, eandem pœnam loci Dominus, ſi conſcius fuerit, dabit. Judices urbani, niſi reos denuntiaverint, puniantur, & qui Magiſtratum gerunt, ſi denuntiatis pepercerint, triginta auri libras, & totidem eorum Miniſtri ſolvent. Hæc lex ad Ruffinum Prætorii Orientis Præfectum, & tunc Conſulem directa eſt, & ipſius potiſſimum inſtinctu lata creditur; certe Ruffinus, ut in Claudiano, & Zoſimo legitur, Paganis maxime inviſus fuit.

Aug. ep. 268. al. 215. l. 12. Cod. Theod. de Pag.

Ante aliquot menſes decima quinta Junii ejusdem anni 392. Theodoſius legem

L. 21. C. Th. de hær.

Sæculum IV. A. C. 392.

gem edidit, qua ſinguli hæretici ad mulctam decem librarum aurearum damnantur, qui Clericos ordinaverint, aut ab ipſis ordinati fuerint; locus, in quo ordinatio facta, fiſco cedet. Si loci Dominus id ignoraverit, Locatarius liberæ conditionis decem libris auri mulctabitur, ſi ex genere ſervili, fuſtibus cædetur, & proſcribetur. Poſt unum ferme menſem decima octava Auguſti aliam legem direxit ad Potamium Ægypti Præfectum, qua illi proſcribi jubentur, qui diſputando de fide Catholica populum turbare auſi fuerint, cum id ipſum jam antea bis diverſis legibus fuiſſet prohibitum.

L. 3. de his qui ſup. Religi. C. Th.

L. 1. & 2. ib.

§. XXXV.

Hæretici diviſi.

Sup. n. 13. Socr. V. c. 23. Sozom. VII. c. 17. Theod. hær. fab. IV. c. 4.

Hæretici ſuis ſeipſos diviſionibus atterebant. Dorotheus, & Marinus ambo Arianorum Epiſcopi Conſtantinopoli, ſeparatos agebant conventus, exortis inter ipſos ſimultatibus ſuper quæſtione; an Deus poſſit dici Pater ante exiſtentiam Filii? Gothi juncti ſunt Marino cum Selina ſuo Epiſcopo, Ulfilæ Succeſſore; hinc ſecta iſta Gothorum dicta. Etiam Pſatyriani dicebantur, ob quemdam nomine Theoctiſtum, qui certum placentarum genus venumdabat. Hi iterum in duas partes iverunt; Agapius Epiſcopus Epheſi,